

cur hoc me silentio puniendum censeat Vir Incompara-
bilis, et quem ego, quidem maxime, quanti decet esti-
mo facitque. ΕΙΣΚΕΝ' Ὀυροδίνης τριυλοῦρον. Heinsium
quandiu spirat, quaso de, reminiscamur Heinsium
esse. Inscripti et illi chartulam, ut, siue capiatur
his, siue non capiatur, veluti ad aram Patris, ac ve-
tusti munus deponatur.

Westerbano: (434)
ἨΕΕΙ ΤΩΝ ΕΥΧΑΙΩΝ, Vir Eximie, que dicebam penes
me latere, ista fere sunt. Ego cum penitus intro-
pexi, parum te latuisse patuit, dum editionem
adornares, cum qua non inapposite quadrasset. Neque
una causa est, cur suppressa nunc quoque mavelem
quam ut lucem adeant: quod serio me dicere, velim
te meminisse, si quando quid ejusmodi vulgaturus es.
Accedunt ad haec salsa, insulsa quadam, et magnope-
meam desipula tamen, et hoc nomine fortassis
tibi minus futura insipida. Occasionem Grijpho quem
vides, dedit Aenigma de Testudine Musica, nuper a
Schurmannâ promissum, ejus et hic exemplar habes.
Vale. 28. Martij 1693.

~~Westerbano~~

~~Adolpho Vorstio~~
Adolpho Vorstio.

Vir amplissime ac doctissime.

(436)

Scriptoribus rei rusticae Latinos. M. Catone putat. Fer-
warros, Palladium, et L. Columella contubernatibus
in vitale meo uti soleo quam familiariter, qua-
les nimirum Coloniae anno MDCCCXXVI. Joannes Gym-
nicus in 8^o caecidit. Haec editio cum de re rustica
politica sit, et nimis quam mendosa, consulendum
te imprimis duxi, ut si quis praestantissimos auctores
meliori forma vulgaverit, indicare digneris, et
quavis gratia redemptos ad me transmittere. Tum
si quis eos aut notis, aut uberius commentario
illustraverit. Experiens Vir, gratissimi munus erit
scire, et me meis sumptibus comparari. Reperiuntur
in Catalogo officinali, Victorius Scaliger, Fulv. Ursinus,
et alij, qui tales quid moliti sunt, editi Heidelbergae
apud Commelinos in Octavo. MDCCCXXIII, et seorsim
Cato.